



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De His Qvae Fivnt A Prælato sine consensu Capituli. Titulus X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

*ta: Cūm nō fuerit ibi Tuperior, qui eas possit de facto vel
de iure conferre, c. illa deuotionis, §. nō obstante, ext. eo.*

*Cessante causa, cessat effēctus, a g. d. c. illa deuotio-
nis, extr. eod.*

*Capitulum non fungitur vice Episcopi, nisi in casibus
iure expressis, Abb. in d. c. illa.*

*Vacante sede, licet iudicium contra Ecclesiā acce-
ptum non valeat, valet tamen iudicium contra alios, pro-
tuendis Ecclesiā iuribus suscepitum iudicium, c. ad abo-
lendam, extr. de hære.*

DE HIS, QVAE FIVNT A

Prælato sine consensu Capituli.

Titulus X.

Continuatio.

*Q*uæcunque Prælatus cum Capitulo com-
munia habet, absq; eius consensu, ea tracta-
re, pro libitu non potest. Vnde potestas cō-
ferēdi, si vtricq; cōmunis sit, alter sine altero, illā
exercere nō poterit. suprà. ne sede vacan. aliquid
&c. Quæ iuris dispositio, nō tātūm in beneficio-
rum collationibus locum sibi vendicat, sed etiā
in acquisitionibus obligationū, alienationibus
possessionum rerumq; Ecclesiasticarum, demi-
nationibus, & vniōnibus, & Ecclesiarum dispē-
fationibus, aetibus iudicialibus: vt sunt, iuramē-
ta, confessiones, litis contestationes, &c. Vel a-
etibus extra judicialibus: vt sunt, omnes contra-
ctus, vel quasi contractus, scilicet emptio, vendi-
cio, locatio, cōductio, emphyteuseos cōstitutio,
alijsq; omnes, quibus alienatio, vt iusto titulo,

§96 ANALYS. IVRIS PONTIFICI

innititur. Denique etiam delictis, vel quasi
Etis attenditur, c. i. c. tua nuper, extr. eod. & Ho
Stiens. §. in quibus, hoc tit. In alienationibus u
men ad tempus factis per Prælatum taciturnitas
Capituli, pro cōsensu habetur: & proculdubio
ratihabitio postea subsequatur, cōsensus ab ini
tio accessisse videbitur, c. 2. &, c. 3. ext. eo. In rebus
tamen modicis, & inutilibus alienandis, nec no
seruis fugitiuis, expressus, vel etiam tacitus Ca
pituli consensus non desideratur, c. terrulas, q.
q. 2. &, c. casellas, 10. q. 2.

DE HIS, QVAE FIVNT A
maiori parte Capituli.

Titulus XI.

Vice versa, Capitulum, licet habeat res de
gotia Ecclesiastica administrandi &
stanti potestatem, non tamen adde
ram, ut in ijs, quæ vel incremento, vel danno Ec
clesiæ cedere possint, Episcopi, vel Supensori
prælati non requirat consilium & authorum.
Si igitur in rebus Ecclesiæ constituendis colla
giati clerici in diuersas eant sententias, und
maior pars statuit, nisi minor ex euideti qua
ratione contradicat, amplectendum est, c. 2.
extr. eod.

Maior pars autem attenditur non tam
circa numerum, verum etiam circa iudicij
mentis integritatem, c. sicut in electionibus, cu
tr. de electionibus. Vnde maior etiam dicunt
pars, quæ maiori nititur ratione, c. fana, dist. 3
&, c. multi, dist. 11. Sciendum etiam, et si maior
par-

